

Año 21. Viernes 30 Junio de 1882. Núm. 506.

---



# BOLETIN OFICIAL ECLESIÁSTICO

del

## OBISPADO DE MALLORCA.

---

### BENDICION DE CAMPANAS.

---

*Rescripto que ha obtenido nuestro Excmo. Prelado para poder delegar la facultad de bendecir campanas.*

---

BEATISSIME PATER.

Episcopus Majoricensis Orator humillimus V. S. suppliciter implorat facultatem delegandi Sacerdotes sibi benevisos ad benedictionem Nolarum, in usum suae Dioeceseos.

Et Deus etc.

MAJORICEN.

Sacra Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi specialiter à Sanctissimo Domino Nostro Leone Papa XIII tributis, suprascripto Rmo. Episcopo Majoricen. supplicanti potestatem fecit ad quinquennium proximum deputandi suum pro tempore Vicarium Generalem, Dignitates et Canónicos Ecclesiae Cathedralis, Praepositos, Archipresbyteros, Parochos, Ecclesiarum Rectores, Vicarios Foraneos, aliosque sibi benevisos suae Dioeceseos Sacerdotes in aliqua ecclesiástica dignitate constitutos ad benedictionem Nolarum recenter fusarum in usum ejusdem Dioeceseos; dummodo ipsi adhibeant aquam ab Episcopo Oratore, vel ab alio Episcopo pacem et communionen

cum Sancta Sede habente ad hoc benedictam, et servent formam in pontificali romano praescriptam. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 5 Junii 1882.—*D. Cardinalis Bartolinius S. R. C., Praefectus.—Pro R. P. D. Placido Ralli Secretario, Joannes Can. Ponzi Substitutus.*

Al tenor de lo que se ordena en el rescripto preinserto, y en conformidad con lo que disponen otros varios decretos de la S. C. de Ritos, deberán tenerse en cuenta las observaciones siguientes:

1.<sup>a</sup> La bendicion de campanas solo pueden hacerla, *regulariter loquendo*, los Illmos. Sres. Obispos. S. C. de Ritos en 16 de Mayo de 1744 (*in Tirason. ad 5.*)—Por eso no se pone la fórmula de esta bendicion en el Ritual Romano, y si solamente en el Pontifical.

2.<sup>a</sup> Ni aun los Abades con uso de Pontificales pueden bendecirlas sin un indulto especial de la Santa Sede, y aun entonces solamente para el uso de sus Iglesias ó Monasterios.—S. C. de Ritos 6 Junio 1626.—27 Setiembre 1659.—11 Agosto de 1770.

3.<sup>a</sup> Los Sres. Obispos no pueden delegar la facultad de bendecirlas sin un indulto pontificio.—S. C. de Ritos 16 de Mayo de 1744.—Benedicto XIV, instrucion 47, §. 4.<sup>o</sup>—Y esto aun omitiendo las unciones sagradas.—S. C. 19 Abril 1687 y 14 Diciembre 1880.

4.<sup>a</sup> Cuando haga dicha bendicion algun Sacerdote, delegado por el Sr. Obispo, debe observar fielmente la fórmula prescrita en el Pontifical Romano. Así lo declaró la S. C. de Ritos en 23 de Junio de 1853 al conceder á un Sr. Obispo la facultad de delegar á los Sacerdotes para bendecir campanas.—It. en 14 de Diciembre de 1880 al conceder dicha facultad al Emmo. Sr. Cardenal Arzobispo de Toledo, y últimamente en el rescripto expedido á favor de nuestro Excmo. Prelado con fecha 5 Junio del presente año.—De estos tres decretos se deduce tambien que no deben omitirse en dicho caso las unciones del Oleo y Crisma sagrados, ni tampoco las palabras *Sanctifice-*

*tur y Consecetur*, por más que así lo dispongan algunos Rituales, pues si no fuera este el sentir de la S. Congregacion, parece que al declarar se observe fielmente la fórmula del Pontifical Romano hubiera exceptuado el rito de la consagracion y de la uncion sagrada, así como exceptúa la bendicion del agua en el rescripto y decretos mencionados.

5.<sup>a</sup> El Sacerdote delegado para bendecir campanas debe servirse de agua bendecida por el Sr. Obispo que le facultó ó por otro que esté en paz y comunión con la Santa Sede Apostólica. Vide rescripto de nuestro Excelentísimo Sr. Obispo.

6.<sup>a</sup> Las campanas, que sirven solo para usos profanos, no pueden bendecirse.—S. C. de Ritos 16 Julio 1594. —Tampoco pueden bendecirse las de los relojes, á no ser que sirvan tambien para usos sagrados.—S. C. de Ritos 17 Setiembre 1822.

Y últimamente se advierte, que atendiendo á que no en todas las parroquias se podrá disponer fácilmente del Pontifical Romano, ha ordenado S. E. I. se imprima, y reparta con el presente número del Boletín, la fórmula de la bendicion de campanas que en sus casos deben usar los Sres. Sacerdotes.

---

## S. C. CONCILII.

### EMOLUMENTORUM FUNERIS.

---

*Die 12 Martii 1881.*

COMPENDIUM FACTI. Intra fines Paroeciae dictae *Ripalta Nuova*, prope Civitatem C. sitae, nobilis familia C. villam possidet, in qua per octo circiter anni menses commorari solet, reliquum vero temporis in civitate in paroecia s. Iacobi.

Ruri degens anno 1878 Maria uxor Caesaris C. gravi morbo perculta, atque Sacramentis Ecclesiae rite a Parochio rurali munita, occubuit die 7 Septembris nunciati

mox anni: exinde parentalia a rurali Parocho expleta fuerunt; atque cadaver intra huius paroeciae fines tumulatum.

Quod cum ad aures Parochi urbani s. Iacobi pervenit, pro suis iuribus sartis tectisque servandis, supplicem ad S. C. C. misit libellum expostulans, ut ad tramites statut! et praxis Dioecesanae, EE. PP. decernere dignarentur restitutionem emolumentorum, quae a Parocho rurali ea occasione percepta fuerunt.

### DUBIUM.

*An sit locus restitutioni emolumentorum funeris in casu.*

RESOLUTIO. - Sacra C. C. re discussa sub die 12 Martii 1881 respondere censuit:

*Negative.*

EX QUIBUS COLLIGES:

I. Ex Cap. is qui 3 De *Sepult.* parochum habere iuris adsistentiam in funeribus decedentium intra limites suae Paroeciae, ratione spiritualis officii ab eodem Parocho exerciti, dum paroeciani viverent.

II. Parochianos enim vocari, quoad sepulturam, illos qui intra limites Paroeciae ita morantur, ut Sacramenta vivi in ipsa percipere et Parochi ipsis administrare tenentur.

III. Officium parochiale proprie loquendo haud videri affixum loco, sed fundari in personis paroecianorum; ita ut quocumque sese conferant ius Parochorum super eisdem integrum maneat.

IV. Et ideo qui ruri agit, seu ruralia exercet, ibique moritur, haud ruri sepeliendus, sed ad parochiam civitatis referendus est, ad cuius Parochum funeris ius pertinet.

V. Atque ita sese res habere ius innuit commune et Doctores, quoties parochiani alio se conferant rusticandi causa, aut officii, studii militiaeque ratione, absque animo ibi manendi domiciliumque figendi.

FÓRMULA QUE HA DE USARSE  
EN LA  
**BENDICIÓN DE CAMPANAS.**  
cuando las bendiga  
un Sacerdote delegado por el Sr. Obispo.

La campana, ántes de ser colocada en el campanario, debe bendecirse por este órden: en primer lugar se la suspenderá y situará de modo que se pueda tocar con facilidad por dentro y por fuera, manejarla y andar en su derredor. Despues se preparará el agua bendecida por el Sr. Obispo; una tohalla ó lienzo limpio para enjugar la campana; el santo Oleo de los enfermos y el sagrado Crisma; naveta con incienso é incensario con fuego; ornamento de color blanco para el Subdiácono y Diácono, que ha de cantar el Evangelio, y ámito, alba, cingulo, estola y pluvial de color blanco para el Preste. (1) Practicado esto, y habiendo tomado el Preste, Diácono y Clérigos asistentes su respectivo ornamento, irán al sitio donde esté la campana, precedidos del Crucifero con cruz alta y dos acólicos con ciriales, y estando todos de pié y con la cabeza descubierta dice el Preste, alternando con los ministros y el coro los siete salmos que se ponen á continuacion, con Gloria Patri al fin de cada uno:

- Salmo 50. Miserere mei Deus, secundum magnam....
- Salmo 53. Deus in nomine tuo salvum me fac....
- Salmo 56. Miserere mei Deus, miserere mei....
- Salmo 66. Deus misereatur nostri....
- Salmo 69. Deus in adjutorium meum intende....
- Salmo 85. Inclina Domine aurem tuam,,,.
- Salmo 129. De profundis clamavi....

Terminados los salmos, comienza el Preste á lavar la campana con la predicha agua, y continúan layándola los acólitos toda ella por dentro y por fuera, enjugándola despues con la tohalla ó lienzo limpio. Entre tanto recitará el Preste, acompañado de los otros ministros y el coro, los seis salmos siguientes, con Gloria Patri al fin de cada uno:

(1) Puede hacerse tambien esta bendicion revestido de sobrepelliz, estola y pluvial, y aun sin pluvial, cuando no pueda hacerse con la solemnidad que supone el Pontifical.

- Salmo 145. Lauda anima mea Dominum....  
 Salmo 146. Laudate Dominum, quoniam bonus....  
 Salmo 147. Laudá Jerusalem Domínum....  
 Salmo 148. Laudate Dominum de cœlis....  
 Salmo 149. Cantate Domino canticum novum....  
 Salmo 150. Laudate Dominum in sanctis ejus....

Recitados dichos salmos, hace el Preste una cruz con Óleo santo de los enfermos en la parte exterior de la campana (1), y luego diee:

### OREMUS.

Deus, qui per beatum Móysen legiferum fámulum tuum tubas argéntreas fieri præcepisti, quibus dum Sacerdótes témporte sacrificii clangerent sóniu dulcēlinis pôpulus mónius ad te adorandum fieret præparátus, et ad celebranda sacrificia conveniret; quarum clangore hortátus ad bellum, molinina prosterneret adversántium: præsta, quæsumus, ut hoc vásculum sanctæ tuæ Ecclesiæ præparátum sancti ☩ sicetur á Spíritu Sancto, ut per illius tactum fideles invítentur ad præmíum. Et cum melódia illius auribus insonuerit populórum, crescat in eis devótio fideli; procul pellántur omnes insidiae inimici, fragor grandinum, procélla tûrbinum, impetus tempes-tatum; temperentur infésta tonitrua; ventorum flabra fiant salúbriter, ac moderate suspénsa; prosternat aéreas potestátes dexterá tua virtútis; ut hoc audiéntes tintinnábulum contremiscant, et fugiant ante sanctæ crucis Filii tui in eo depictum vexillum, cui fléctitur omne genu, cœlestium, terrestrium, et infernórum, et omnis lingua confitétur, quod ipse Dominus noster Jesus Christus, ab-sórpta morte, per patibulum crucis regnat in glória Dei Patris, cum éodem Patre, et Spíritu Sancto, per omnia sæculórum. Amen.

Concluida esta oracion enjugará el Preste con un pu-rificador ó lienzo limpio la cruz hecha por él sobre la campana, y despues comienza la siguiente Antifona, la que continúa el Clero en 8.<sup>º</sup> tono:

Vox Dómini super aquas multas, Deus majestatis in-tonuit: Dominus super aquas multas:

Luego el salmo 28. Afferte Domino filii Dei:.... y con-cluido éste se repite la Antifona.

(1) Esta unción sagrada, y las que se dirán despues, deben hacerse, segun el Pontifical Romano, con el dedo pulgar de la mano derecha.

VI. Attamen longe aliter sese res habere quando parochianus duplex habet domicilium; nempe in rure et in civitate, ita ut aequali tempore, modo in uno et modo in altero vitam degat; quia tunc sepeliendus est in Paroecia in qua decessit.

VII. Etenim hoc in casu parochianus iste parificatur cum eo qui in duobus locis aequae principale habet domicilium; ita ut utriusque paroeciae sit paroecianus et sepeliri debeat in illa paroecia, in qua decedit, quae pro tunc habetur uti vera illius paroecia.

VIII. In themate duplex domicilium, aequae principale haud defuisse, defunctam valuisse sacramentis refici in utraque paroecia, utriusque parocho ea administrandi incubuisse onus; ideoque ius quaesitum mansisse favore Parochi ruris, qui alium parochum praeveniens, corpus defunctae primo coepit.

(*Acta S. Sedis Fasciculus CLXI Vol. 14 pag. 209.*)

---

## INDULGENCIAS

POR ENSEÑAR Y APRENDER LA DOCTRINA CRISTIANA.

Siendo la enseñanza del Catecismo obra santísima, segun San Pio V, muy saludable á las almas y al pueblo cristiano, segun Paulo V; no es extraño que varios Sumos Pontífices la hayan enriquecido con preciosas indulgencias.

Cien días de perdón á cuantos empleen media hora en aprenderla ó enseñarla.—A los padres, madres, maestros y maestras por cada vez que la enseñen á los hijos, criados ó discípulos.

Doscientos días á los que fueren causa y ocasión de que vayan otros al Catecismo,—ó teniendo la costumbre de enseñarle, visitaren algún enfermo.

Tres años de indulgencia todas las fiestas de la Virgen á los que asisten á la doctrina, confesándose.

Siete años en dichas fiestas, si comulgán.—A los

maestros y maestras conduciendo los alumnos al templo en dia festivo, y enseñándoles allí la doctrina.

Siete años y siete cuarentenas á los que asistan en ella comulgando una vez al mes.—A todos los fieles por cada vez que confesados y comulgados la enseñaren ó asistieren á ella.—Y si fuesen dia de estacion en Roma, las mismas indulgencias que ganarian, visitando allí las estaciones en dichas iglesias.

Indulgencia plenaria en la Natividad del Señor, Pascua de resurrección y fiesta de los Apóstoles San Pedro y San Pablo, confesando y comulgando.—En la hora de la muerte, recibiendo los santos sacramentos; y si no pueden, invocando verdaderamente contritos el nombre de Jesús, aunque no sea mas que con el corazón. Así consta de la Constitución de Paulo V, *Excredito novis* (6 Oct. 1607) y de los breves de Gregorio XV (27 Set. 1622), y de Clemente XII (27 Jun. 1735).

---

## DEFECTOS QUE SUELEN COMETERSE

CON MAS FRECUENCIA EN LA CELEBRACION DE LA SANTA MISA.

1. Nisi qua iusta causa adsit, Matutinum saltem et Laudes non recitasse ante Missam, defectus est.
2. Item: convenientem præparationem in Ecclesia et in sacrario, bono etiam aliorum exemplo, non præmittere, præsertim si in sacrario adsint laici homines, in quibus admiratio gigni possit.
5. Post præparationem commorari in sacrario tempus terendo sermonibus futilibus, loquendo de nugis aut novitatibus, multo autem magis alios obtrectando præcipue hiemis tempore circa focum.
4. Lavare manus antequam Missam in Missali repetiat aut postquam Calicem disposuerit, vel etiam postquam se paravit.
5. Non præparare Calicem per seipsum, aut saltem, si iam in promptu esset, non inspicere an regulariter præparatus sit.
6. Ponere corporale extra bursam vel super aut infra ipsam, ac tali modo ad Altare Afferre illud et referre in sacrarium.
7. Loqui cum aliis dum sacra paramenta induet sibi.
8. Se paramentis induere capite cooperto, Calici vel Missali imponere linteolum, biretum, pileolum, conspilla, et cætera.
9. Inclinationem facere priusquam sibi imponat amictum, aut se Crucis signo munire cum amictu ipso.
10. Sinistram sibi albæ manicam primo induere, deinde dexteram; partem dexteram amictus et stolæ non superimponere sinistræ; adiicere Amen ad unamquamque orationem statutam pro paramentis, quum ad ultimam tantum id præscribatur.
11. Linteolum coloratum et sordidum cingulo alligare, idque adeo negligenter ut extra planetam appareat.
12. Manipulum ad cubitum apponere; stolam deiicere per humeros, non eam aptare circa collum, vel ita aptare

ut Crux quæ est in medio, prodeat è planetā.

13. Albam aut planetam, osculari.

14. Nescire orationes secretas, quæ in Missa sunt memoriter recitandæ.

15. Vagari in sacrario quum paramentis induitus sit tam ante, quam post Missam.

16. Reverentiam efficere ad Crucem vel ad imaginem præcipuam sacrarii biretum manu gestando; biretum ipsum capiti detrahere quum genuflectendum sit ante SS. Sacramentum in tabernaculo reconditum, vel quum reverentia facienda sit ad Altare maximum transeundo ante ipsum.

17. Calicem ferre nimium sublimem ferme ad oris altitudinem, aut nimium demissum et non ad pectus, vel eum sustinere sinistra tantum, non superimposita dextra. Ire aut redire ab Altare citato gradu, oculis sublimibus.

18. Post genuflexionem ad Altare, in quo adsit SS. Sacramentum, reverentiam quoque ad Crucem adiicere.

19. Sinistra manu applicare bursam ad candelabrum gradum; iubere aut permittere ministro ut Missale aperiat et claudat: corporale super mensa non totum explicare, sed unam vel plures partes plicatas relinquere.

20. Morari in medio Altari intuendo Crucem aut orando priusquam de gradibus in planum descendat ad Missam exordiendam.

21. Tergum ad Crucem vertere, eo quod pigeat paulum recedere versus cornu Evangelii, in descendendo tum in principio Missæ tum in fine.

22. Non servare debitam gravitatem, tergere oculos scalpere aures, nasum, capillos aptare atque his similia.

23. Missam incipere antequam sint accensæ candelæ, aut sinere ut extinguantur antequam perfectum sit Evangelium ultimum.

24. Quum manus iungendæ erunt, non extendere et conjungere digitos, nec pollicem dexterum sinistro superimponere in modum Crucis.

Entre tanto hace el Preste siete cruces con Óleo santo de los enfermos en la parte exterior de la campana, y cuatro en la parte interior con el sagrado Crisma, á igual distancia una de otra, diciendo al hacer cada cruz:

Sancti ✕ fitetur, et conse ✕ cretur, Domine, signum istud: in nomine (1) Pa ✕ tris, et Fi ✕ lii, et Spiritus ✕ sancti: in honorem Sancti N. (2) Pax tibi.

Despues de cantar la Antifona y salmo, y hechas las cruces predichas, dice el Preste:

### OREMUS.

Omnípotens sempitérne Deus, qui ante arcam fœderis per clangórem tubárum, muros lapídeos, quibus adversántium cingebátur exércitus, cädere fecisti; tu hoc tintinnábulum coelésti bene ✕ dictiōne perfundi; ut ante sónitum ejus lóngius effugéntur ignita jácula inimici, percússio fulminum, impetus lápidum, læsio tempestá-  
tum; ut ad interrogatiōnem prophéticam, quid est tibi  
mare, quod fugisti? suis móribus cum Jordánico retroá-  
ctis fluénto respóndeant: A fácie Dómini mota est terra,  
á fácie Dei Jacob, qui convértil petram in stagna aquá-  
rum, et rupem in fontes aquárumb. Non ergo nobis, Dó-  
mine, non nobis, sed nómīni tuo da glóriam, super mi-  
sericórdia tua; ut cùm præsens vasculum, sicut réliqua  
altáris vasa sacro Chrismate tágitur, Óleo sancto ún-  
gitur; quicúmque ad sónitum ejus convénerint, ab óm-  
níbus inimici tentatiōnibus liberí, semper fidei Cathólicæ  
documénta secténtur. Per Dóminum nostrum Jesum  
Christum Filium tuum, qui tecum vivit, et regnat in  
unitate Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculó-  
rum. Amen.

Terminada la oracion se enjugarán las cruces por algun sacerdote; pondrá incienso el Preste en el incensario, el cual se colocará debajo de la campana de modo que esta reciba todo el humo. En tanto, el Clero canta en 8.<sup>o</sup> tono la Antifona y salmo que siguen:

Deus in sancto via tua, quis Deus magnus, sicut Deus noster.

Salmo 76. Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ....

Hecho esto, dice el Preste:

(1) Estas tres últimas cruces deben hacerse al aire en forma de bendicion.

(2) Aquí se expresará el nombre del Sauto que deba llevar la campana.

## OREMUS.

Omnipotens dominátor Christe, quo secúndum carnis assumptiórem dormiénte in naví, dum obórtā tempéstas mare conturbásset, te prótinus excitáto, et imperánte, dissiluit; tu necessitatibus pópuli tui benignus succúrre; tu hoc tintinnábulum sancti Spiritus rore perfunde; ut ante sónitum illius semper fugiat bonórum inimicus; invitetur ad fidem pópulus Christiánus; hostílis terreátur exércitus; confortetur in Dómino per illud pópulus tuus convocátus; ac sicut Davidica cithará delectátus désuper descendat Spiritus sanctus; atque ut Samuél agnum lacténtem mactante in holocáustum regis aetérni imperii, fragor aurárum turbam répulit adversántium: itá dum hujus vásculi sónitus transit per núbila, Ecclésiæ tuæ convéntum manus consérvet Angélica; fruges credéntium, mentes, et córpora salvet protéctio sempiterna. Per te, Christe Jesu, qui cum Deo Patre vivis et regnas in unitate ejusdem Spiritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum Amen.

Finalmente, tomados los manipulos por el Subdiácono y Diácono, pasará este á cantar el Evangelio á la derecha del Preste, precediendo las mismas ceremonias que en la misa solemne.

¶. Dominus vobiscum.

¶. Et cum spíritu tuo.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.

In illo tempore: Intravit Jesus in quoddam castellum: et mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam. Et huic erat soror nomine Maria, quæ etiam sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius. Martha autem satagebat circa frequens ministerium; quæ stetit, et ait: Domine, non est tibi curæ quod soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi, ut me adjuvet. Et respondens, dixit illi Dominus: Martha, Martha sollicita es, et turbaris erga plurima. Porro unum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

Concluido el Evangelio, besará el Preste el libro en la forma acostumbrada, y despues hará sobre la campana bendecida la señal de la cruz.

25. Se signare signo crucis extra seipsum aut dimidiato et imperfecto.

26. Negligere inclinationum qualitatem profundam, mediocrem et simplicem et alteram pro altera exequi.

27. Non pati ut minister responsiones suas ex toto compleat; neque eum opportuno tempore de inconsiderantiis et mendis admonere.

28. Addere particulam et in repetenda antiphona *Introibo post psalmum Iudica me, Deus.*

29. Pectus ad *Confiteor* percutere cum strepitu et vehementer; se vertere ad ministrum in dicendis verbis *vobis fratres* et *vos fratres*; respondere *Amen* postquam ille recitaverit *Confiteor*; addere verbum *omnibus* vel *omnium* in precibus *Misereatur* et *Indulgentiam*, aut dicere in hac *peccatorum vestrorum pro nostrorum*.

30. Ad orationem *aufer a nobis* non inclinari tempore præscripto aut post osculatum Altare inclinationem facere priusquam perveniat ad librum.

31. Exequi cæremonias ante aut post tempus assignatum.

32. Legere aut recitare nimium festinanter et verba etiam per syncopen contrahere; alta proferre quod secreto dicendum est, et vicissim.

33. Simulare Altare osculari, nec reipsa osculari, vel osculari è latere, non vero in medio, aut osculandi gratia contorquere membra vel caput.

34. Incipere *Kyrie eleison* priusquam se sistat in medio Altaris, et præscriptas inclinationes omittere.

35. Convertere se ad populum dum dicit *Dominus vobiscum* manibus disiunctis, intuendo adstantes, non depositis conspicillis.

36. Dicere *Oremus* antequam veniat ad Missale, dupicare litteram *O* ita ut pro *Oremus* dicat fere *O Oremus*. Intueri Crucem dicendo *Oremus*.

37. Recitare Orationes non iunctis aut non apertis ante pectus manibus, aut uti ad legendum parvo conspicio, quo in casu manus non possent esse apertæ.

38. Oculos ad Crucem aut in cœlum non intendere quum à rubrica præscribitur, contra autem attollere quum non præscribitur.
39. Ad *munda cor meum* dicere *Iube, Domne pro Iube, Domine, benedicere*, aut osculari Altare post hanc precationem.
40. Manibus insistere Altari ad *Munda cor meum*, ad *Sanctus*, ad *Agnus Dei*.
41. Incipiendo Evangelium manum sinistram non imponere Missali, ut Crucis signum super textum signet, nec quum se pollice signavit, manum eamdem infra pectus ponere, nec digitos tenere extensos.
42. Inclinationem facere versus Crucem in legendō Evangelio, aut genuflectere Crucem non librum versum, quum genuflexio præscripta sit.
43. Ad ♀. *Et incarnatus* genuflectere utroque genu, vel morari in genuflexione, aut caput etiam inclinare.
44. Inchoare Crucis signum prius quam verba *Et vitam venturi sæculi*.
45. Detegere Calicem dum recitatur *Credo*, aut quum legitur ♀. offertorii.
46. Recitare eumdem versum extensis manibus.
47. Dum Hostiae fiet oblatio intueri Crucem, aut tres digitos inferiores sub patena non extendere.
48. Detecto Calice, velum post ipsum utcumque implicare.
49. Calicem tergere violenter, aut dum ē medio Altaris transbit in cornu Epistolæ incipere orationem *Deus qui humanæ substantiæ*.
50. Patenam cum Hostia vel Calicem in offertorio nimis elevare, aut utrumque demisse nimis sustinere.
51. Inclinando caput præferendo nomen Jesu et Mariæ in oratione *Suscipe Sancta Trinitas* itemque in reliquis ante Communionem orationibus.
52. Crucis signa super Hostiam et Calicem afficere aut flectendo digitos in ducendis lineis ad illa afficienda, aut manu fere clausa, vel eadem afficiendo saltatim.

53. Elata voce dicere *Orate fratres*, aut non secreto dicere *ut meum* etc. aut subsistere contra populum prædicta verba proferendi gratia; respondere *Amen*, aut continuare secreta priusquam responsio *Suscipiat* à ministro compleatur.

54. Ad *Sursum corda*, clausas atollere manus aut palmis non ad invicem sed ad Altare conversis.

55. Inclinare caput ad *ubique gratias agere* aut ad verba *per Christum Dominum nostrum* in præfatione, vel alio etiam loco præterquam post *Memento* defunctorum.

56. Pectus percutere dicendo *Sanctus* aut non mediocri voce dicere ipsum; recitare voce intelligibili totum Canonem aut aliquot eius partes, quum omnia secreto dicenda sint, sive illum memoriter recitare.

57. Non iungere manus priusquam signa Crucis faciat, aut suspensam tenere sinistram, dum dextera actionem aliquam exequitur.

58. Digitos saliva conspergere ad evolvenda Missalis folia.

59. Immorari nimis in *Memento*, vel nimia brevitatem confidere, aut alta voce proferre *Memento Domine* etc.

60. Pollices supponere palmis manuum dicendo. *Hanc igitur oblationem*, etc.

61. Abstergere digitos, antequam accipiat Hostiam, non extremo sed medio corporali prope Hostiam.

62. Imponere brachium sinistrum Altari sustinendo Hostiam ante Consecrationem ad verba *benedixit frēgit*, etc.

63. Insistere et incurvari indecenter super Altare proferendi causa Consecrationis verba.

64. Proferendo verba Consecrationis gesticulari capite aut contorquere corpus; non proferre illa secreto, eadem verba repetere, dicere sufflando, aut pedem dexterum suspensum tenere ut statim possit genuflecti.

65. Non removere de Altari cubitos nec ferre manuum articulos versos frontem Altaris post consecrationem,

ut commodius genuflectatur.

66. Post elevationem Hostiae detegere Calicem postea genuflectere.

67. Accipere Calicem ad verba *Accipiens et hunc præclarum Calicem* manu dextera tantum, os et nasum Calici imponere, aut inclinare eum ad se vel Altari applicatum tenere.

68. In elevatione non sequi oculis Hostiam et Calicem, aut elevare et dimittere nimis festinanter, aut plus æquo sustinere sublime in conspectu adstantium, aut nimis attollere extensis monstruose brachiis, aut tam parum attollere, ut conspici non possint, aut elevando super caput ponere, aut Calicem osculari.

69. Verba *Hœc quotiescumque* etc. tempore elevationis dicere non post Consecrationis verba dum genuflectatur.

70. Non genuflectere usque in terram, vel genuflectere inconcinne et properanter.

71. Non tenere pollices et indices iunctos a consecratione usque ad purificationem, aut Hostiam tangere digitis inferioribus, aut digitos istos non extendere quum Hostiam accipiet.

72. Ponere manus iunctas super Altare omnino infra corporale post consecrationem non sequendo præscriptions a rubrica expressas una in perpetuum vice sine ulla distinctione aut limitatione.

73. Pausam facere in commemoratione defunctorum antequam dicatur *qui nos præcesserunt* etc. aut alta voce dicere, *Memento etiam, Domine* aut reliquas *Ipsiss, Domine* etc.

74. Pectus non digitis tribus inferioribus percutere, et reliquis iunctis tangere casullam ad *Nobis quoque peccatoribus*, aut *Agnus Dei*, aut *Domine non sum dignus*.

*(Se continuará.)*

PALMA DE MALLORCA.  
Imprenta de Villalonga.